

Chani Sachapqiercy Murza Dewey Juramentum.

298

Ego Dewey Murza juro in Animam Domini mei Liberi Chani Sachapqiercy super Allahorum, et super Genesios, per Dei excelsi nomen, et per Machomet Prophetam Nostrum, et per 124 Millia et per 313 Prophetas Nros Fratri Domini mei Regi Polonie et Magno Duci Lithu. Ejus M<sup>ti</sup> Sigismundo in hoc, qd D<sup>us</sup> Noster Magnus Chan Sachapqiercy ejus Regie M<sup>ti</sup>, et Filio ejus M<sup>ti</sup> Regi Polonie, et Magno Duci Lithu. Secundo Sigismundo Augusto in Omnibus servabit fidem jure, et adimplebit cuncta ad contenta harum literarum. Quas literas Juramenti a Domino meo ejus Regie M<sup>ti</sup> allaturus est Orator ejus M<sup>ti</sup> Magnus Dominus Basilus Tyszliewicz, et D<sup>us</sup> meus liber Chan Ejus Regie M<sup>ti</sup> cuncta bona prestolabitur, et contra Dominum Magnum, ejus Regiam M<sup>tem</sup> Sigismundum Regem, et contra utraq<sup>ue</sup> Dominia Ejus Regie M<sup>ti</sup>, Regnum Polonie, et Magnum Ducatum Lithu nihil mali cogitabit, Filios suos, et gentem suam in L<sup>ce</sup> continebit, nec permittet utriq<sup>ue</sup> Dominio ejus M<sup>ti</sup> inferre damna, et Amicus Regis ejus M<sup>ti</sup> erit Amicus, Inimicus autem Inimicus, et si hoc D<sup>us</sup> meus impleverit, Deus ipsum adjuvet, sin autem non impleverit, Deus ipsum non adjuvet, fiatq<sup>ue</sup> remotus a gratia Dei, et a legibus Machometi Prophetae Nri, et ab aliorum Omnium superiorum scriptorum Prophetar<sup>um</sup>, sitq<sup>ue</sup> tanq<sup>ue</sup> occultus idolorum cultor, nullusq<sup>ue</sup> Filiorum ejus, et post succedentium super hoc Regnum, qd ille regit, regnet, sed Deus, qui verus est, et justus, projiciat illos de Solo Paterno, et Inimicos ejus in hoc Solo, in quo illi regnarunt, faciat regnare in eterna tempora.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*